









8  
QVOD DEVS TER OPT. MAX.  
benè vertat.

DISPV TATIONEM INA VGVRALEM

De

IVRE NVMI IN  
REP VBL. PERCV TIEN-  
DI, CONSERV ANDI, ET PRO  
VARIA NVMARIORVM DEBI-  
torum conditione, exfol-  
uendi.

*Decreto & autoritate Amplissimi Ictorum ordinis,*  
INCLVTAE ACADEMIAE IVLIAE.

PRAESIDE

Amplissimo & celeberrimo Icto.

DN. EBERHARDO SPECKHAN,  
Patricio Bremensi, & antecessore  
publico.

*Pro summo in vtroq; iure gradu consequendo,*  
*publicè proponens tuebitur*

IOHAN: Grothusen / HILDES-  
HEIMENSIS.

*Ad diem 23. Septembr. horis antè & pomeri-  
dianis.*

HELMAESTADI,

TYPIS IACOBI LVCII,  
ANNO MDLXXIII.



*Magnifico, Consultissimo, insigni experientia rerumq̄ politicarum vsu clarissimo*

*viro,*

**D N. CHILIANO STISSER,**

**ICto eminentissimo,**

*Reuerendissimi, Serenissimi Principis ac*

*Domini, Dn.*

**CHRISTIANI VVILHELMI,**

**postulati Archiepiscopi Magdeburg. Primatis Germaniæ, Marchionis Brandeb. Boruf-**

**six &c. Ducis;**

*Cancellario meritissimo, fautori ac promotori decenter honorando.*

**Ad testificandam animi propensionem & obseruantiam,**

*Disputationem suam inauguralem officiosè inscribit*

**IOHAN. Grothusen /  
I. V. Doctorand.**

**DISPV-**



DISPUTATIO INAUGURALIS,  
De  
IVRE NUMI IN REPUBLICA PER-  
CUTIENDI, CONSERVANDI, ET PRO  
variâ numariorum debitorum conditio-  
ne, exfoluendi.

**I**Vra Imperij Germanici, tam summo illius  
CAPITI seu Imperatori cohærentia, reseruata  
videlicet & maiora maiestatis iura vniuersalia,  
à quibus tota vis reipubl. pendet, quàm MEM-  
BRIS ac statibus, siue Electoribus, Principibus  
siue Ciuitatibus communicata regalia & maie-  
statis iura particularia, alio tempore disquisitio-  
nem generatim subiùere. Ego ne actum agam,  
ad speciem digrediar, disserturus de eo maiesta-  
tis capite, quod sui frequentiam quotidianoq; vsu,  
captui populari magis est accommodatum, &  
spectatur in potestate numi, ritè in Republ. per-  
cutiendi, conseruandi, & pro cuiusq; numarij  
debitoris conditione, expendendi.

ASSERTIO PRIMA.



Maiestas est summa in ciues ac subditos, legibusq;  
soluta potestas *a*. Cuius etsi varia agnoscuntur  
capita *b*, omnia tamen dependent ab isto prima-  
rio & summo, quod potestate fanciendi legem

vniuersalem continetur *c.* Maiestas etenim vti bellorum  
ac pacis iura habet, magistratus item maiores constituendi,  
extremæ prouocationis, iure vel iniuriâ damnatos, contra  
vim Legum, iudiciorumq; autoritatem liberandi *d:* ita &  
Numo legem dicitur tam ratione ponderis ac ligæ, quam  
valuationis & valoris *e.*

*a* Bodino sic definiente 1. de Republ. 8. quem aliquot rationibus re-  
prehendit Dn. Paurmeist. 1. de Iurisd. Rom. 3. n. 12. Soluta vero impe-  
ratoria maiestas iuris duntaxat solemnibus, nihil enim tam proprium im-  
perij est, quam legibus viuere. 1. 3. C. de testam. 1. Digna vox. 4. C. de  
LL. 1. 4. C. ad l. Falcid. 1. 7. C. Qui testam. fac. poss. 1. 56. ff. de leg. 2.  
1. apud eum. ff. de manum. Cuiac. 15. obs. 30. Donell. 1. comm. 17.  
Coraf. 2. miscell. 24. & 25. Eleganter Bodin. 1. de Republ. 8. fol. 153.  
in fi. *b* Bodin. 1. de Rep. vlt. ubi rectè negat, orationem Samuelis  
1. Sam. 8. pertinere ad iura maiestatis & regalia, quippe quod Propheta  
durio rem populi conditionem fore prædixerit, ob repudiatum optimatum  
imperium, à Deo toties comprobatum. Sigon. 6. de Repub. Hebr. 7.  
Ioachim. Steph. 1. de Iurisd. 6. *c* Hoc enim primum & præcipuum  
est. 1. 1. ff. de const. princip. Bodin. 1. de Rep. vlt. Sebast. Med. tr. de  
LL. stat. & consuet. p. 1. per tot. Statuumq; imperij consensum non ex-  
cludit, vt consilio maturiori ac prudentiâ, leges latæ videantur. Pendet  
hinc priuilegiorum atq; immunitatum datio, l. beneficium. 3. ff. de con-  
stit. princip. 1. ex facto. 43. pr. ff. de vulg. subst. 1. 191. in fin. ff. de R. I.  
1. vn. C. de his qui à principe vacat. impetr. d. 1. vn. C. vt arm. v-  
sus. Nou. 85. 1. 3. vers. eadem lege. ff. ad L. Iul. maiest. 1. vn. pr. ff. ad  
L. Iul. de ambitu. 1. 1. §. 1. ff. à quib. appell. non lic. Chassan. in Ca-  
tal. glor. mundi p. 5. confid. 24. n. 103. pr. Heig. 1. q. 10. n. 23. Ruland.  
4. de Commis. 7. c. 13. n. 1. Paurmeist. 2. de Iurisd. c. 4. n. 159. *e* 1.  
2. ibi. in monetis tantummodò nostris. C. de fals. mon. 1. 1. & 3. C.  
de vet. num. potest. Reichs abschiedt zu Speter anno 1570. §. Als dann  
auch die Münzgerechtigkeit kein Mercanz / sondern vnser Keyserlich  
Regal / so die Münzstende aus vnserm sondern vertrauen etc. Reichs-  
abschiedt zu Augspurg anno 1566. §. Wir setzen. ibi. an vnser Ober-  
vnd Gerechtigkeit etc. Legem ponderi, ligæ, valori ac figura singulis  
Imperij statibus dixit Casar Ferdinandus in der Neuen Münzordnung  
anno



anno 1559. S. Wie aber vorgestellte Sorten. S. Ferner dieweil etliche  
Stände im Reich. S. Ferner die gülden Münz belangend. S. Ferner das  
aufländische frembde Goldt. Reichs abschiedt zu Regensburg anno 1576.  
S. vnd aus sondern vernünftigen bedencen.

### SECVNDA.

Ius percutiendi numi, non tam cudendæ monetæ po-  
testate, quàm iusti ponderis, materiæ probæ, valoris & cha-  
racteris imponendi iubendiue autoritate definimus, die  
Münzgerechtigkeit a. Numus b est materies publico valore  
constans, cætera quæq; inæqualia commercij, æqualiter di-  
metiens & æstimans c. Estq; verus vel fictitijs; Ille veris ac  
pretiosis constat causis, communi gentium consensu appro-  
batus: Iste genuinum ac verum tempore necessitatis belli,  
obsidionis, aliusuè calamitatis, imitatur, materiâ minus  
pretiosâ, puta ferro, plumbo, corio, &c. & forma imper-  
fectiore constans d.

a Iura enim cudenda monetæ, statibus Imperij committuntur, cum  
in opportunitatem commerciorum, tum in salutem honoremq; Imperij; Ius  
verò percutiendi numi plenissimè interpretamur, quo Maiestas omnibus  
Imperij membris, certas monetandi leges præfigit, Reichs abschiedt zu  
Speier anno 1570. S. Alsdann auch die Münzgerechtigkeit kein Mer-  
cans/ sondern vnser Keyserlich Regal/ so die Münzstände aus vnserm  
sondern vertrauen nicht zu ihrem vorthail/ sondern wie wir selbst/ dem  
H. Reich zu Ehren vnd Wolfarth brauchen sollen. b *ἀπό τῆς νόμου*,  
à lege; seu *νόμισμα* à verbo *νομίζω*, quod sancire & statuere, Festus de  
V. S. M. Freher. l. parerg. c. 14. Isidorus, numum à Numa Pompilio,  
Romanorum Rege deducit. Numi ac monetæ vsus antiquissimus quidem,  
vix tamen ante diluuium, quin & benè longo tempore post, extitisse cre-  
dendus est: ut Iurisgentium origo, ciuilis verò rationis forma esse videa-  
tur. l. i. ibi. olim enim non ita erat numus ff. de contr. empt. Arist. l.  
Polit. 6. A. Faber h. tr. c. i. pr. fol. 4. Sixtinus 2. de Regal. 7. num. i.  
Bornit. l. de Num. 3. in fin. Vtrumq; autem rectè scribitur, Numus &  
Nummus, Fr. Hottom. de variâ numi & num. appell. 32. Numus pe-  
cunia significatione continetur arg. l. 4. §. 178. 222. de V. S. vbi passim

Gœd. Pecunia autem non à pecudibus dicta, quasi corio pecorum antiqui-  
 tús incisa, sed quòd primum Romanorum as, ouium boumq; effigie signa-  
 tum fuerit, Calsiodor. lib. 7. A. Robert. lib. 1. rer. iud. c. 16. p. 140.  
 Atq; hinc nata vocula Penning & Pfenning. Appellatur & moneta,  
 Münze oder Múnze/ Múnzen h. e. Pegen oder Gelt schlagen; Moneta  
 character, est monitor & fideiussor, homines sollicitudine examinandi  
 pondus & iustam nummorum magnitudinem eximens: Monet & princi-  
 pis & valoris publici, Coras. 3. miscell. 13. n. 3. Matth. Hostus lib. 1. de  
 re numar. c. 4. Ant. Fab. tr. de var. num. debit. solut. c. 1. fol. 13. &  
 23. c. arg. l. 1. ibi. electa materia &c. ff. de contr. emt. Metallí  
 vocabulum hoc loco generis vice non fungetur, siquidem numos non sem-  
 per ex auro, aliòne metallo conflari contingit, Isidor. 15. c. 17. Forma, pu-  
 blico valore. Finis, rerum commercialium æstimatione exprimitur. arg.  
 d. l. 1. verb. publica & perpetua æstimatio. ff. de contr. emt. l. 3. ff.  
 de in lit. iur. Numus enim omnes omninò res quæ sunt in commercio, non  
 quæ extra patrimonium, æstimat & dimetitur l. si ita. 42. ff. de fideiuss.  
 l. 34. §. fin. ff. de leg. 1. l. 83. §. sacram. ff. de V. O. A. Faber in com-  
 pend. rei num. concl. 11. Aliorum definitiones, Hosti, Budelij, Vultei,  
 & Freheri, referre supersedeo. d. Quod enim lege non est licitum, ne-  
 cessitas facit licitum, l. fin. ff. de off. procons. c. 4. extr. de R. I. vario-  
 rum populorum varia exempla videre est apud Iacob. Bornit. lib. 1. de  
 Num. c. 14. Insigne est, quod Camerarius p. 276. de Friderico Anobar-  
 bo refert, qui penuriã auri & argenti corium signasse, & militi stipendi-  
 um soluisse, at remittente necessitatis telo redemisse auro & argento me-  
 moratur. Adde Sixtin. 2. de Regal. 7. n. 69. & seqq. Fictitijs igitur  
 numis etsi materiã vili minimeq; pretiosa alicubi conflatur, civili tamen  
 rationi huius vel illius populi consuetudo non officit, quippe quod pro com-  
 merciorum utilitate, eiusmodi materiã pretiositas necessario electa fuerit,  
 quæ valori impositio responderet, exteri enim non spectant, quanti sit  
 numus, sed quanti sit aurum, argentumúe, A. Fab. de num. debit. sol.  
 c. 1. fol. 18. addel. 9. §. 2. ff. ad L. Corn. de fals.

### TERTIA.

Numi veri ac genuini distributio alia est partium, alia  
 specierum; Illa numero sexagenario, qui subdiuisionibus  
 accommodatior, conuenientiùs perficitur, partibus inte-  
 gri nu-

gri numeri commodè diductis, puta, semisse, triente, quadrante *a*. Istalatis. progreditur, & varia auri, argenti, æris numismata, maiora, minora, minutissima *b*; antiqua item *c* & exotica complectitur *d*.

*a* Numeri huius ratio prudentia politica relinquitur, & modo sexagenario, modo longè superiori aut inferiori partitur; Florenus enim Imperialis taxatur sexaginta crucigeris, cuius semis 30. sextans vulgò Schreckerberger / itemq; quadrans integris numeris consistunt, Keyfers Ferdinandi Neue Münzordnung anno 1559. §. zum ersten ein Stück das ein Reichsgülden. Aliter Imperiales thaleri numeris definiuntur in Reichs Abschiede de anno 1566. §. demnach haben wir vns mit ihnen. *tc.* Aureus seu Ducatus certo item numero taxatur, in ordin. Monet. Ferdin. anno 1559. §. Ferner dieweil etliche Stände. *b* Expediit enim Reip. ut maiora numismata auro vel argento puro cudantur, minora itidem argento, minutissima autem, kleine Münzsorten als Dreykreuzer / Pfenninge vnd Heller ex mero ære, non æroso argento, conflare malunt huius artis peritiores. Sanè aureos & argenteos ea proportione, quâ vtrunq; metallum conueniat, cudendos esse volunt, ut sua ponderi & figura conuenientia constet, veluti auri ad argentum proportio duodecupla est, & duodecim argentei numi eiusdem ponderis & figura numo aureo correspondent, Bodin. 6. de Republ. 3. Bornit. 1. de Num. c. 11. Minutissimis autem pauperum inopia & peregrinantium necessitati consulitur, certâ tamen copia pro cuiusq; loci ac regionis necessitate definiendâ, Ferdinandi Imp. Neue Münzordnung anno 1559. §. Neben vorgesetzten etc. Reichs Abschiedt anno 1571. §. vnd weil viel Lande mit bösen Pfennig vnd Heller außgefüllet / & §. seq. Creditori inuito fors 25. florenis maior in moneta minutissima obtrudi non potest, sub pœna confiscationis, Neue Münzordn. 1559. §. die jetztgemelten gemeinen Reichsmünzen. Reichs Abschiedt de anno 1576. §. Insonderheit wollen wir. Ratio ab A. Fabro reddita in compend. rei num. concl. 4. *c* quorum apud Romanos & Imperatorum successores religiosa semper fuit obseruatio, quatenus bonitate sua legibus numarijs respondent, l. 1. & vlt. C. de vet. numism. potest. Nouell. Leon. 52. c. quanto. 18. extr. de iureiur. *d* mutua commerciorum necessitas exoticos numos intrmittere coëgit, quos tamen vel ad normam legis monetalis reducere, vel pacto vicinorum principum stabiliri oportet, vestigijs Recessuum Imperialium abundè id inuentibus. Key-

Keyfers Ferdinandi Neue Münzordn. anno 1559. S. nach dem auch durch etliche. *ibi.* biß sie sich dieser vnserer Münzordnung vnterwürfflich machen etc. ReichsAbschiedt de anno 1566. S. Nach dem dann zu vortgen. *ibi.* in vergleichung vnser Münzordn. etc. & S. vnd demnach vns etc. ReichsAbschiedt anno 1570. S. dieweil aber neben andern. & S. Ferner als auch dismahll etc.

#### QVARTA.

Causa numorum externa est Effectrix & Finis: Effectrix iuris cudendi numi est sola Maiestas, siue illa penes vnum in Republ. principem, siue optimates, siue populum resideat *a.* Maiestatis hocce ius occupatur in eo, vt ponderi, materiæ seu ligæ, æstimio seu valori adeoq; formali & materiali bonitati legem scribat *b.* Committitur hoc ius maioribus quoq; magistratibus, Principibus, & Imperij statibus, ea lege, vt secundum ordinationem Cæsaris monetalem numos percutiant *c.* Alij habent istud inuestiturâ, alij priuilegio, alij præscriptione *d.*

*a* *Lege enim potiss. est & existit numus, quicquid est. Legis autem potestas tantum publica & maiestatis, que sibi numorum curam semper reseruauit, l. 2. C. de fals. mon. l. 1. C. de vet. num. pot. Bodin. 1. de Rep. vlt. Budel. 1. c. 5. Clapmar. 1. arcan. Imp. 16.* *b* *Princeps namq; non tam cudere monetam quam pretium pondus & characterem definire, atq; pro mutua commerciorum necessitate alienos numos adsciscere intelligitur, l. 1. C. de vet. numism. pot. Ferdinandi Imp. Neue Münzordn. anno 1559. S. Wie aber vorgestellte. ReichsAbschiedt anno 1566. S. Demnach haben wir vns.* *c* *Exemplo Comitum sacrarum largitionum, qui ius idem sub Imp. habuisse leguntur, Bornit. 1. de Num. 3. Status Imperij hoc ius Cæsarea maiestati accepto ferre argumento est character seu Aquila & globus Imperij, pondus & æstimium lege Imperij regulatum, vti passim in ordinatione monetali von den Münzständen / so Münzfreiheit haben / colligere licet, Münzordn. anno 1559. S. vnd nach dem obvermeldte. & S. Ferner dieweil. ReichsAbschiedt anno 1570. S. Als dann auch die Münzgerechtigkeit / *vbi venditio, cessio vel locatio huius iuris interdicitur. ReichsAbschiedt anno 1566. S. Es sol auch den Krenssen. Illud peculiare est eorum statuum, quorum prouincia aurifodinis do-**

nis dotata, ut soli ius cudendi aureos usurpent, ReichsAbschiedt anno 1576. §. vnd aus sondern. Vbi verò statuum officina numorum? Vnicam in eodem Imperio optat Bodin. 6. de Republ. 3. fol. 1077. In Imperio Germanico tres aut quatuor uni circulo permittuntur, excepto quod status aurum & argentum proprijs metallifodinis exquisitum peculiaribus officinis cudere possint, Reichs Abschiedt anno 1570. §. Vnd diereuilman. d. c. vn. verb. moneta. 2. F. 56. c. quanto. extr. de iureiur. Neue Münzordn. 1559. §. Were es auch sach, Sixtin. 2. de Regal. c. 7. n. 90. & seqq. *Quanquam plerisq; non tam regale ipsum, quam sub eo contentum ministerium attributum videatur ad laudem & honorem Imperij, vniuersa enim monetandi potestas legibus & arbitrio Imperij concluditur.* Reichs Abschiedt anno 1524. §. Dergleichen hat der Münzhalter. *ibi.* vnd dem gemess zu münzen gebieten sollen. Reichs Abschiedt anno 1570. *solenni* §. Als dann auch die Münzgerechtigkeit vnser Keyserlich Regal. & anno 1566. §. Wir setzen. *ibi.* dem H. Reich an vnser Ober: vnd Gerechtigkeit etc. *Percussionis (olim fusio antiquis in usu fuit, Bornit. i. de Num. 13.) causa efficiens est monetarius Münzmeister / & Zygestata Wardein. Illius conditio olim erat vilis, l. i. & 7. C. de mure leg. & Gynæc. honesta hodie probaq; fidei,* Reichs Abschiedt 1570. §. Darumb zu weiterer fortsetzung. Sixtin. 2. de regal. 7. n. 34.

#### QVINTA.

Interna numorum causa est, materia & forma *a.* Materia eiusmodi sit, quæ naturâ suâ valorem & pretium vbiuis communi hominum consensu in se contineat, vsus enim monetarum est iurisq. cuius Principes saltem ministri sunt, & pretium materiæ, pro mutua commerciorum necessitate, naturale & commune statuent *b.* Adeoq; materiam non solum pretiosam (vt gemmas excludamus) verumetiam formæ capacem esse oportet, veluti, aurum, argentum, æs *c.* Aurum etsi Obryzum, & argentum pustulatum esse debebat, das beste feine Gold vnd Silber / ob stabiliorem tamen vsuram seu attrectationem & impendia fabricationis, Schlegelschaz / mixtura certo modo est permessa, vt marca auri vicesimam quartam duntaxat æris portiunculam, ar-

B

genti

genti verò marca duodecimam reciperet, diciturq; Liga,  
der Zusatz/ Schrot vnd Korn / das gehalt: Inde formula, das  
beste feine Gold sol auff 24. Karat gradiret seyn / vnd auff 12.  
das Silber d.

a Duplex hinc constituitur intrinseca bonitas, materialis & formalis,  
quam vulgò malè ratione forma & estimij vocant Extrinsicam, Couar-  
ruu. pract. quæst. 8. Molin. de vsur. & commerc. q. 93. n. 716. Quan-  
quam termini vulgares docendi & distinguendi causâ admodum, quem  
subtiliter tradit Ant. Faber de num. deb. solut. c. 1. fol. 9. commodè  
retineantur. b à quo si Princeps diuortium fecerit, non solum subditis  
sed omnibus populis, quibus commerciorum communio nobiscum inter-  
cedit, iniuriam facit, arg. l. 3. ff. de I. & I. l. 1. C. de vet. numism. pot.  
Nou. Leon. 12. Valorem proinde eiusmodi imponat, quem ipsa materia  
intrinseca bonitas communi gentium consensu meretur, alioquin maiore  
valore dicto, sciet Princeps, subditis se offecisse, qui extra territorium  
maiori valore & estimio non sint gauisuri, exteri enim non quanti sit  
aureus Rhenanus, sed quanti sit aurum Rhenanum, attendunt, arg. l. fin.  
ff. de Iurisdic. Ant. Fab. d. tr. c. 1. fol. 18. c forma verò tum est ca-  
pax, cum flexilis, ductilis, stabilis & durabilis est materia, ut perpetuò  
pondus, characterem & estimium retinere & tueri possit, arg. l. 1. verb.  
perpetua æstimatio. ff. de contr. emt. Capacitas ista communi gen-  
tium & sapientiorum assensu tribus metallis, auro, argento & ari, quo  
minutissima cudantur numismata, tributa reperitur, ceteris velut plum-  
bo, stanno & c. denegata, imò damnata, l. 2. §. deinde cum esset. & §. e-  
odem tempore 30. ff. de O. I. l. 35. ff. de pact. l. 9. §. 2. ff. ad L. Cor-  
nel. de fals. d Bodin. 6. de Republ. 3. fol. 1067. Budel. 1. de Mo-  
net. 7. Ant. Fab. d. tr. c. 1. fol. 8. Bornit. 1. de Num. c. 6. arg. l. 1. C. de  
vet. num. potest. l. 1. C. de ponder. l. 1. 9. l. cum aurum. §. 1. ff. de  
aur. & arg. leg. 1. planè. §. sed si pondus. ff. de leg. 1. Reichs Abschiedt  
anno 1576. §. Vnd aus sondern. & anno 1570. §. neben angehörten Ar-  
ticuln etc. Quod de auro naturali ex venis metallicis vel fluminum are-  
nulis conquistum rectè assueatur: At de auro artificiali seu Chimico,  
an numis idoneum, ingens vertitur contentio? Frequentior Physicorum  
schola verum sic aurum produci inficias iuit, quod Nicol. Guibert. in  
expugn. viril. Alchim. & Gaston. Claveus IC. in Apolog. contra E-  
rastum itidem censuerunt. Pro Chimicis assertum iuit Andr. Libau. de  
defens.

defens. Alchim. addo Mart. Delr. lib. 1. disquis. Mag. c. 5. q. 1. sect. 2.  
*Sub iudice lis est, quam ego, cum alterius sit fori, meam non fecero: quan-*  
*quam Principi tempore necessitatis monetam fictitij huius auri esse sua-*  
*dendam crediderint Politici, Bornit. lib. 2. de tripl. ærar. c. 5.*

### SEXTA.

Forma numi spectatur in valore publico, qui mone-  
tam à metallo & rudi massa distinguit. Valor generatim in-  
tellectus tria essentialia complectitur requisita, Pondus,  
Characterem & AEstimium, quæ materiæ bonitatem, pon-  
deris veritatem & æstimationis iusticiam præ se ferant.  
Pondus numi auro vel argento conflati certum esse oportet & legitimum, adeoq; tantum in numismate, quantum  
in rudi massa, deductis laboris expensis *a*. Character effi-  
giem vel insignia Principis & eius qui concessione aut priui-  
legio numos cudit, exprimere debet, vt Maiestatis ac Prin-  
cipis Insigne, sit testis veritatis & iustitiæ in moneta *b*. AEstimium est pretium siue æstimatio numi publica & æqua,  
bonitatem materiæ & quantitatem ponderis non exce-  
dens, ne alioqui Princeps iusgentium, cuius est numus, &  
commerciorum communionem offendat *c*. Formæ huius  
adiuncta sunt, numi magnitudo, Figura rotunda, Numerus  
valoris, annus & nomen monetæ *d*.

*a Numus enim quicquid est, id totum est beneficio forma publica au-*  
*toritate impressa, arg. l. Iulianus ff. ad exhibend. l. i. ff. de contr. emt.*  
*Forma enim numum facit appellari, quod aurum erat & argentum, l. qui*  
*falsam 19. verb. formare ff. ad L. Cornel. de fals. l. eleganter §. qui*  
*reprobos ff. de pignor. act. Pondus publica fide & legitime constitu-*  
*tum omnem fraudem & imposturam excludit, & imperitam plebem de*  
*veritate instruit, vt libripendij fide, ad quam hodiè relapsi sumus, non*  
*fuerit opus, arg. l. i. ff. de contr. emt. c. quanto. extr. de Iureiur. Co-*  
*ler. 4. proc. exec. c. 10. nu. 7. Duar. l. disp. 6. adde l. i. & 3. C. de vet.*  
*num. potest. Pondus aureis & Thaleris scribitur in Ordin. Monet. an-*  
*no 1559. §. Ferner die gülden Münz. Reichs Abschiedt anno 1566. §.*

Demnach haben wir. **b** Character der Schlag / das Gepreg / die Berschrift / appellatur & species proba in l. i. C. de vet. num. pot. Character enim maiestatis confert numo fidem & publicam auctoritatem, intuitu videlicet vultus & insignium sui principis recordantur subditi maiestatis amoris & fidei principis, arg. l. i. & 2. C. de fals. mon. l. 3. verb. æternales vultus C. de vet. numism. pot. Character Imperij ist des H. Reichs Keyf. Adeler mit zweyen Köpffen / vnd des Reichs Apffel in des Adelers Brust etc. Ordin. Monet. S. Wie aber vorgestellte etc. Vt intelligamus, omne ius numi à nutu & moderamine Maiestatis dependere: Quamquam interdum illius saltem principis signum sufficiat & usurpetur, qui ius cudendi habet, subintellecta tamen Maiestatis auctoritate, Bornit. i. de num. 8. in fin. **c** Die Valuation à Gallico Eualuer, quod aestimare: Aestimium istud & publicum, æquum, certum & constans esse oportet, nec plaris Princeps numismata aestimabit, quam rudis adhuc massa auri vel argenti valere possit, l. 3. ff. de in lit. iur. l. i. ff. de contr. emt. Molin. de vsur. q. 80. nu. 789. Bud. lib. i. de Asser. Aestimio namq; materie pondus & bonitatem excedente, iniusta constituitur aestimatio, Ant. Faber de var. num. solut. c. i. pr. Ceterum aestimium aureorum & Thalerorum definitur Ordin. Mon. anno 1559. S. Zum ersten. S. Hierauff so ordnen. Reichs Abschiedt anno 1566. S. Demnach haben wir. & anno 1576. S. Vnd aus sondern vernünfftigen etc. **d** Magnitudo eiusmodi esse debet, ut numi in commercio facilis & tractabilis sit vsus, non quomodo olim æs graue plaustris apud Rom. vectum refert Linius. Camerar. de monet. vet. p. 275. Rotunda quoq; & circularis erit figura velut perfectior & circumcissioni minus obnoxia, Bodin. 6. de Republ. 3. Ordin. Monet. anno 1559. S. Wie aber vorgestellte. ibi. in ihrem Circle etc. Numerus plerumq; characteri imprimitur, ut Ducatus centum & quatuor crucigeris, Rhenanus 75. aestimatur, Reichs Abschiedt de anno 1576. S. Vnd aus sondern etc. Nomina mutantur vel ab Efficiente, Philipsthaler / vel à materia, ut aurei, vel à forma, ut coronati, vel à natione, ut Angloti & Sterlingi & c. pluribus differente Iacobo Bornit. i. de Num. 10. in fin.

### SEPTIMA.

Finis numi primarius in rerum commercialium dimensione & aestimatione consistit. **a**. Necessarius utiq; numus



mus tam extra quam intra cuiusq; Reip. benè constitutæ territorium, mutua commerciorum necessitate sic statuen- te, nulla enim Resp. Regionè omnium rerum copiã tam di- ues existit, quin alterius ope egeat, aded diuina prouiden- tia orbis huius terrestris partes mirificè & variè dotauit, vt ad amicitiam & concordiam homines, si non naturã, mu- tuã saltem rerum indigentia allicerentur *b*. Indigentia au- tem rerum permutatione consulitur, quæ merce rerumq; pretio variabili & inæquali expedita non est absq; numo, vtilissimo humanæ societatis medio & instrumento *c*. Se- cundarius numi finis, in mutuo, vsuris, quæ pecuniæ fru- ctus & reditus *d*, locatione *e*, permutatione &c. est conspi- cuus *f*.

*a* arg. l. 1. ff. de contr. emt. text. in l. 42. ff. de fideiuss. *b* arg. l. 3. 5. & 6. ff. de l. & l. Nicol. Oresm. de orig. & iure mon. c. 1. Bo- din. meth. histor. c. 6. *c* *Vtilitas quippe & salus publica, in vita ci- uili tam belli quam pacis tempore, citra numorum medium, difficultati permutationum equipollentiã suã subueniens, sibi constare non poterit,* Ant. Faber d. tr. c. 1. Pinell. ad rubr. C. rescind. vend. p. 1. c. 1. Ne- gelin. lib. de statu Ciuili. p. 1. c. 11. Tiraq. de retract. lign. §. 1. gl. 20. num. 9. arg. l. 1. §. 20. ff. de Quæst. Nou. 128. c. 15. Nou. 161. Guazz. de ciuil. conuersat. lib. 2. p. 262. Bodin. 6. de Repub. 2. *d* l. 2. §. 1. ff. de reb. cred. l. vsuræ. 34. l. 38. ff. de vsur. l. 88. §. fin. ff. ad L. fal- cid. Cuiac. 9. obser. 15. Heig. 2. q. 1. *e* arg. l. 3. §. fin. ff. commod. *f* *Numi enim vsus proprius est & improprius (vti de calceo Aristotel. in polit. scribit, quod istius proprius vsus in tegendo pede, improprius in mercis permutatione & venditione occupetur.) Ille æstimat res omnes, Iste verò officio mercis fungitur,* arg. l. fin. ff. de cond. caus. dat. &c. l. cum hi. §. si cui. ff. de transact. Ant. Faber in Compend. tract. con- cl. 11. *Hinc Cambium, der Wechsel / de quo H. Pistor. libr. 3. quæst. & Berandutius plura.*

### OCTAVA.

Numum in Rep. benè constitui non dum fat est, cu- ra quoque augendi & conseruandi politicum magistratum

habebit sollicitum *a*. Augescit numus frequenti fabrica-  
tione, metallifodinarum cultura, exoticorum allectione,  
nundinarum, agriculturæ & opificiorum occasione procu-  
randâ *b*. Conseruatur, quoties numi contrarijs siue corru-  
ptionum causis in tempore remedium quæritur *c*. Con-  
traria sunt numo quatuor potiss. Mutatio, Amissio, interi-  
tus seu sublatio, & Adulteratio; de quibus strictim dice-  
mus.

*a* arg. l. 1. & 3. C. de vet. numism. pot. l. 2. C. de fals. mon. Bo-  
din. 6. de Republ. 3. *b* Fabricationis leges salutare passim extant in  
Ordin. Monet. anno 1559. ReichsAbschiedt anno 1566. & 1576. Metal-  
lifodine ut vera sunt Principum mercatura, quâ respubl. suas ditare so-  
li possunt, ita pro loci & fluminis auriferi, quod de Albi attestatur P. Al-  
bin. in Chron. Misn. metall. 16. conditione ac naturâ diligenti opus est  
cultura, ut ultimis terra visceribus abscondita, industriâ assiduâ luci &  
usui humano producantur & exponantur, Georg. Agric. lib. 8. de nat.  
fossil. Heig. p. 1. quæst. 13. Rauchbar. 1. q. 22. Exoticorum numorum  
allectio isti potiss. Reipub. cura esse debebat, quæ metallifodinarum penu-  
riâ laborat, ut natura quod loco denegauit, industria resarciat negoti-  
ando, sic enim superflua e reipubl. euehantur, necessaria terrâ mariq; ad-  
uehantur, l. 1. ff. & C. de Nundin. l. 6. C. de dignit. l. 14. C. de re mi-  
lit. Artificia & agriculturam excolendo, ut optimarum frugum illece-  
bris, & artificiosissimarum mercium copijs peregrini mulceantur, & nun-  
dinis atq; mercatibus nostris interesse gaudeant, Andr. Fricc. lib. 3. de  
emend. reipub. c. 12. Bodin. Apolog. contra Malestret. Ordin. mo-  
net. Ferdinandi passim. ReichsAbschiedt anno 1566. §. Vnd demnach  
vns etc. *c* arg. l. 1. & 2. C. de fals. monet. Bornit. lib. 2. de Num.  
c. 1. & c. 8.

#### NON A.

Mutatio monetæ toties contingit, quoties vel mate-  
rialis vel formalis bonitas patitur immutationem, quam &  
nominis atq; figuræ variatio comitari solet *a*. Materia nu-  
mi mutationem subit vel pretiosiori monetâ suffectâ, nu-  
mis videlicet argenti penuriâ, aut tempore necessitatis ex  
ære

ære conflatis, postea verò auri vel argenti copiã suppetente melioribus redimitis; vel deteriori, vt falsis exterorum numis eadem proportione obtrudantur, atq; hoc consilio in Rep. retineantur *b.* Forma mutatur, cum pondus minuitur, character innouatur, vel æstimium crescit aut decre- scit; Pondus quia legitimum esse oportet, in fraudem com- merciorum imminuendum non est *c.* Characterem prin- cept mutare potest, finitimis populis nostram figuram imi- tantibus atq; hac via suos pro nostris venditantibus *d.* AE- stimium vel expressa sanctione *e.*, vel tacito populi consensu mutatur, vnde variæ numariorum debitorum solutiones, quæ vel communi contractus lege, vel speciali contrahen- tium pactione regulantur & circumscribuntur *f.*

*a* Numo equidem constans & perpetua lex constare debebat, muta- tioni minimè obnoxia, ne commerciorum, bonorum omnium ac census o- riatur confusio & incertitudo, arg. l. 1. ff. de contr. emt. Bodin. 6. de Rep. 3. pr. Veruntamen in rebus humanis nihil stabile ac firmum, quod & numus iusta sæpè ex causa periclitabitur, Principe cum populi consen- su prudenter monetam immutante, c. quanto. ibi. assensu populi. extr. de Iureiur. Præsertim cum numi priuati cuiusq; dominium subiuerint, l. 1. verb. vsum dominiumq; & c. ff. de contr. emt. c. quod omnes tangit. de R. I. in 6. Couarru. lib. 2. de vet. numism. p. 1. §. 1. c. 7. Bu- del. lib. 1. c. 16. num. 8. Bornit. lib. 2. de Num. c. 9. Diß. Dn. Iacob. Aleman. palæstr. consult. 8. q. 9. Primam tamen numi constitutio- nem cum alteratione confundere non oportet, in hac enim cur assensus po- puli vel eorum, qui populum representant, requiratur, magna diuersi- tatis suadet ratio, Laudens. tr. de monet. q. 8. & decis. 327. num. 6.

*b* Quod cum damno priuatorum & periculo commerciorum quidem est coniunctum, attamen cum grauius sit malum, numos nostros probos ad exteros efferi & adulterinos exinde conflatos importari, præstabilius censetur, ex duobus malis minimum eligere; quod in Burgundos & Hel- uetios Imperij status tandem statuere & experiri minitati sunt, Reichs- Abschiedt anno 1571. §. Sintemahl aber etliche Kreyß vnd Stände. vsq; ad §. Wie dann hinwiederumb die Burgundische. Reichs Abschiedt an-  
no 1576.

no 1576. §. Dieweil aber neben andern ver hinderungen. c. l. i. verb.  
debiti ponderis. C. de vet. num. pot. l. annonam ff. de extraord.  
crim. l. si quis. ff. de act. emt. Deuter. c. 25. d. facile namq; chara-  
cter, veterum præsertim principum, non mutabitur, l. i. C. de vet. num.  
pot. Andr. Friccius lib. i. de emendat. reip. c. 14. e. *insistendo in-*  
*rigentium, quo auri & argenti pretium est constitutum, nec Principi ab*  
*isto iure aliter recedere licebit, quàm cum regij nominis ac splendoris ia-*  
*ctura, quinimò falsæ moneta fabricator quàm Princeps appellari mallet,*  
Bodin. 6. de Repub. 3. *Mutatio repentina ne sit, rei enim numaria*  
*conuersiones & ciuitatibus damnoſæ & ob rebellandi occasionem periculo-*  
*ſæ,* Bodin. d. loc. in fin. *Sanctio publica consensum populi omninò in-*  
*fert,* c. quanto. extr. de iureiur. Reichs Abschiedt anno 1571. §. Vnd  
anfänglich haben wir vns mit den Ständen verglichen. & anno 1566. §.  
Demnach haben wir vns mit ihnen / vnd sie sich hinwieder mit vns ent-  
schlossen / etc. & passim. f. *quò crebriores estimij mutationes refero,*  
*que omnium quoq; mercium & specierum pretium crescere faciunt,*  
arg. l. 32. ff. de ll. l. 2. C. de vet. num. pot. *Hinc omnia ferè tribunalia*  
*tot litibus perfunduntur, variâ debitorum numariorum obligatione ali-*  
*am atq; aliam solutionem postulante, quam vel communi contractus lege*  
*vel speciali contrahentium pactiõne facile dijudicari opinor; in dubio e-*  
*nim contrahentes censentur voluisse quod ius vult,* l. quæro. 54. §. i. ff.  
Locati. H. Pist. 2. q. 41. n. 23. *Iuris autem voluntas non potest non esse*  
*manifesta, ut ad tempus contractus respiciatur, ne plus vel minus quàm*  
*in obligationem venit, poscatur in solutione,* l. 78. ff. de V. O. l. 69. ff.  
de contrah. emt. l. 3. l. ii. §. i. ff. si cert. pet. *Mutata igitur bonitate*  
*intrinseca, das Gehalt / Schrot vnd Korn / utra soluetur, an que solu-*  
*tionis tempore, an que contractus tempore fuit? Posterius magis commu-*  
*niter placuit,* Sixtin. 2. de Regal. 7. n. 149. Ant. Faber d. tract. c. 4.  
Const. Elect. Sax. p. 2. c. 28. *Sequitur pluribus argumentis Dn. Ia-*  
*cob. Aleman. palæstr. consult. 8. q. 1. Dissentiunt complures cum Mo-*  
*linæo de Vsur. q. 100. refert Fachin. lib. 2. contr. 9. & 10. Sic extrin-*  
*secâ bonitate mutatâ tempus contractus attendo, contra Anton. Fabr. d.*  
*tractat. c. 5. cum communi, quam defendunt Molin. de vsur. quæst. 92,*  
Gail. 2. obs. 73. Myns. 4. obs. i. n. 3. Sixtin. d. loc. Const. Elect. Sax.  
p. 2. const. 28. Dn. Iacob. Aleman. d. consult. 8. q. 2. *At aureis vel*  
*Thaleris solidis simpliciter creditis, nullâ inserta pactiõne, vtrum solutio*  
*isdem*

*ysdem facienda nec ne, an liceat soluere inferiorem monetam, Münz 6<sup>o</sup>*  
*der klein Sorten? Aff. cum A. Fabro d. tract. c. 3. const. Elect. Sax. p.*  
*2. c. 29. adde Reichs Abschiedt anno 1576. §. Insonderheit wollen wir.*  
*Cuiusmodi prohibitio superuacanea videretur, si ysdem speciebus simpli-*  
*citer creditis solutio praestanda. Dissentit Molin. de vsur. q. 29. nu. 708.*  
*& 718. Dn. Iacob. Aleman. d. consult. 8. quæst. 7. Quid si aurei vel*  
*thaleri estimatò credantur, jeden Reichsthaler zu 28. Silbergroschen*  
*gerechnet? In casu demonstrationis totidem speciebus soluetur, A. Faber*  
*d. tr. c. 2. Andr. Kohl. exerc. legal. 19. n. 20. Diff. Molin. de vsur. q.*  
*90. & 92. paulò generalius Dn. Iac. Aleman. d. consult. 8. q. 8. Bo-*  
*er. decis. 327. n. 3. 10. & seqq. Quid si commissa mora? Frustratio sua*  
*neutri prodesse debet, l. 37. in fi. ff. Mand. Ant. Faber d. tr. c. 10. & 18.*  
*Dn. Iacob. Aleman. d. consult. 8. q. 5. An renunciare liceat ordina-*  
*tioni Monetali? Rectè negavit Dn. Iacob. Aleman. d. consult. 8. q. 4.*  
*Contractus uti ex conuentione legem accipiunt, ita solutio pro tenore pa-*  
*ctiõnis facienda, l. 1. §. si conuenerit. ff. depos. An igitur totidem tha-*  
*leri, quot crediti, in specie reddendi, ea pactiõne inserta, ut in specie tot*  
*reddantur, stück vor stück. Aff. Moll. & additionator ad const. Elect.*  
*Sax. p. 2. c. 28. A. Faber d. tr. c. 1. & 7. Diff. Molin. q. 91. & 92. n. 691.*  
*& 710. Dn. Iacob. Aleman. d. loc. q. 3. Plura huc facientia apud A.*  
*Fabr, d. tr. per tot.*

#### DECIMA.

Amittitur numus, quoties extra fines Imperij ad eos  
 effertur, cum quibus mutux leges numariæ non interce-  
 dunt; aut subdola permutatione conflatus in deterius cudi-  
 tur, falsâ admistâ materiâ; aut deniq; ab aurifabris igne in  
 massam reducitur, supellectile exinde fabricatâ; & alijs in-  
 finitis artibus, quas seuerissimis edictis inhibere oportet *a*.  
 Sublatio numi & interitus euenit, vsu alicuius numi in  
 Rep. sublato vel reprobato *b*.

*a* l. 2. C. de commerc. & mercat. l. 1. C. quæ res export. non  
 deb. l. 3. & 4. C. quæ res vendi non poss. quod & sanctissimè cautum  
 in Ordin. Mon. Ferdinandi anno 1559. Bey straff Leib / Leben oder  
 Guts / nach gestalt der Sachen. §. Hierauff setzen / ordnen vnd wollen  
 wir. §. Nach dem auch durch etliche. §. Dergleichen ob die Goldschmiede.  
C
& pas-

*& passim in Receptib. Imperij de anno 1566. 1570. 1571. & 1576. Amittitur  
 & numus thesauri subterraneâ occultatione, aut cum sepulchris immo-  
 derata usu reconditur, lege utrumq; prohibente, l. 4. §. impensæ. ff. de  
 relig. & sumt. fun. l. fin. §. ult. ff. de aur. & arg. leg. l. 4. §. non sit lo-  
 cus ff. ad L. Iul. pecul. Amittitur numi materia variâ mercium, edi-  
 ficiorum, vestium & c. inauratione, improbata in l. 1. C. de auri publ.  
 prosecutor. Olla quoq; fortune, Glückstöpfel Resp. & ciues numis e-  
 munguntur, probatioresq; species extra Imperij fines efferuntur: Proinde  
 ob fraudulentiam & corruptionem mercium, decoctionis ac profusionis pe-  
 riculum, innumerasq; circa schedulas imposturas grauissimâ intermina-  
 tione interdicitur, Libell. 1. vom Glückstopffe. arg. l. fin. C. de alea-  
 tor. Rauchb. 2. q. 25. Heig. 2. q. 10. Martin. Delrius libr. 4. disquis.  
 magic. c. 4. q. 2. multas solennes obseruationes sorti huic dictitans. Iaco.  
 Bornit. lib. 2. de tripl. arar. c. 4. b c. quanto. extr. de iureiur.  
 Ferdinandi Neue Münzordn. anno 1559. §. Vnd seind diß die fremb-  
 den Silbern Münzen. & §. Vnd seind diß die Inlendische geringe gül-  
 dene Münz / so verboten etc. Bodin. 6. de Rep. 3. A. Faber d. tr. c. 1. l.  
 eleganter. §. qui reprobos. 1. ff. de pign. act.*

#### VNDECIMA.

Adulteratio tandem numi contingit vel ratione effici-  
 entis, Materiæ vel Formæ. Efficiens vel ius cudendi habet,  
 vel caret quia priuatus; Ille adulterari censetur monetam,  
 quoties contra legem Imperij monetalem numos cudit le-  
 uiores vel grauiores *a*, vel ius cudendi priuato cuiquam  
 vendit, locat, aut quouis modo mercatur *b*, Priuatus falsos  
 intelligitur cudere numos, qui hoc regali destitutus pro-  
 bos adulterinosuè percusserit *c*. Ratione materiæ numus  
 fit adulterinus, quem magistratus hoc regale habens vel  
 priuatus falsâ cudit materiâ, puta contra ligæ spem mo-  
 netalem, vel plumbo, stanno & c. argento immixto *d*. Ra-  
 tione formæ triplici ratione numus adulteratur aut falsifi-  
 catur, 1. in pondere, istud rodendo, descalpando, circum-  
 scindendo & excoquendo, *e*. 2. in caractere & signo, quod  
 vel falsum fingitur, vel principis traducitur, vulgo abgies-  
 sen *f*,

senf, 3. in æstimio, quoties numus pluris expenditur, quàm lege monetaria æstimetur g.

a l. i. verb. debiti ponderis l. fin. C. de vet. num. potest. Neue Münzordn. anno 1559. §. Hierauff ordnen / setzen vnd wollen wir etc. Reichs Abschiedt anno 1570. §. Damit aber solch vbermessig. SS. seqq. & §. Vnd was 150. ibi. wieder Maß vnd Ordnung vnsers Edicts etc. vbi poena confiscationis numorum cum refusione eius quod interest non solum infligitur, verumetiam der Münzherr regali suo priuatur ipso iure. b l. 30. §. 3. ff. ad L. Aquil. Poena vendentis aut locantis est priuatio Regalis, & multa 40. marcarum auri puri, Reichs Abschiedt anno 1551. §. So haben wir vns auch. & anno 1570. §. Alsdann auch die Münzgerechtigkeit kein Mercans. & anno 1594. §. Wir ordnen wollen vnd gebieten auch. c l. i. & 2. C. de fals. monet. P. H. D. Caroli V. artic. III. d l. qui falsam. 19. l. quicumq; 8. l. 9. §. 2. ff. ad L. cornel. de fals. Reichs Abschiedt de anno 1570. §. Da aber jemandt. & §. Vnd was 150. e d. l. quicumq; 8. ff. ad L. cornel. de fals. Neue Münzordn. anno 1559. §. Hierauff setzen / ordnen etc. f d. l. quicumque. verb. tinxerit. ff. ad L. corn. de fals. P. H. D. art. III. g Neue Münzordn. anno 1559. §. Welche aber dieses vbertreten. Sixtin. 2. de Regal. 7. n. 139.

#### DVODECIMA & VLTIMA.

Remedia aduersus adulterationem prophylactica tum erunt efficaciora, cum auaritia hominum & mixtio metallorum licentiosa funditus extirpantur, quod prius sperandum, quàm impetrandum a. At vbi radices egit corruptio, pharmaca accersenda sunt, quib<sup>9</sup> malum eradicetur; Quod fit pœnis numarijs aduersus monetæ temeratores & criminis læsæ maiest. reos exasperatis b. Priuatus monetam cuedens, in crimen læsæ maiestatis incidit, & falsum efficientis ac formæ characteris intuitu committit, flammaramq; exustionibus mancipatur c. Ponderus rodendo, circumscindendo aliouè pacto defraudans & imminuens arbitrariam pœnam luit d. Formam in æstimio fallens atq; numos contra legem numariam pluris expendens, numorum saltem confiscationem patitur e.

C 2


a Bo-

a Bodin. in Apolog. contra Malefrett. & 6. de Republ. 3. Nicol. Oresm. tr. de mutat. ac variat. mon. c. 5. 6. & seqq. b Budæus lib. 3. de asse. p. 89. Diod. Sic. lib. 2. de ll. AEgypt. c. 3. Ganguin. lib. 7. in Phil. Pulchr. Harmenop. lib. 6. promt. t. 14. c *Iure ff. mitior pœna fuisse videtur, quam Impm. multis personis nimium grassantibus exasperarunt*, l. 16. §. fin. ff. de pœn. l. 8. 9. & 19. ff. ad L. corn. de fals. l. 1. & 2. C. de fals. mon. *Ordin. Mon. anno 1559. §. Wir ordnen / setzen vnd wollen auch ferner / daß sich menniglich vorhin bey straff des Sewers enthalte etc.* P. H. D. art. 111. *An pœna ignis eum quoq; maneat, qui Principis inferioris caractere falsam cudit monetam? Aff. Moneta enim est Imperij & statuum, Ordin. Mon. anno 1559. §. Wir ordnen / setzen vnd wollen.* P. H. D. *Caroli V. art. 111. Sixtin. 2. de Regal. 7. nu. 121. Dn. Iacob. Aleman. palæstr. consult. 8. q. 14. fol. 888. Diff. allegati. à Meno. 2. arb. iud. cas. 316. Decian. prax. crim. lib. 7. c. 23. & 27. Grammat. decis. 74. n. 29. Rol. à Valle vol. 3. consil. 29. nu. 35. Nec interest, argenteamne an auream priuatus cuderit monetam, utrobique ignis pœnâ flagrante, arg. l. 1. & 2. C. de fals. mon. rubr. C. de vet. num. pot. P. H. D. Caroli V. artic. 111. Sixtin. 2. de Regal. 7. n. 123. Menoch. 2. arbit. iud. cas. 316. n. 35. Dn. Aleman. d. loc.  $\mu\epsilon\iota\sigma\mu$ . tert. Diff. Couar. de vet. num. pot. c. 8. n. 3. Cæpoll. consil. 77. n. 7. Farinaz. praxi crim. q. 115. n. 107. Quid si probam priuatus percusserit monetam? Non ignis sed arbitrariam pœnam mitiorem merebitur, P. H. D. Caroli V. art. 111. vers. wer ohn habende Freyheit münzet etc. Sixtin. d. 10. n. 127. Menoch. 2. arb. iud. cas. 316. n. 19. Dn. Aleman. d. loc.  $\mu\epsilon\iota\sigma\mu$ . 2. d arg. l. quicunq; 8. ff. ad L. corn. de fals. *Neue Münzordn. anno 1559. §. hier auff setzen / ordnen vnd wollen wir. ibi. an Leib / Leben oder Gut etc. eadem pœna coërcendi die Außwieger / Außwechsler vnd Schmelzer. d. §. hier auff setzen.* P. H. D. *Caroli V. art. 111. Dn. Iacob. Aleman. d. loc. q. 14. membr. 2. & 3. e Ordin. Monet. Ferdinandi anno 1559. §. Welche aber dieses vbertreten, Expendens falsam monetam, dolosè & fraudulentè iure ciuili ordinaria falsi pœna coërcetur, l. 9. §. 2. ff. ad L. corn. de fals. iun& l. 1. §. 1. ff. de cont. emt. Menoch. 2. arb. cas. 316. n. 51. Hodie eadem ignis pœna conquirentibus & expendentibus dictatur in der P. H. D. Caroli V. art. 111. ibi. gefehrlich vnd bößhaftiglich dem Nechsten zu nachtheil wisfentlich ausgeben.* Dn. Iacob. Aleman. d. loc. q. 14. membr. 1,*

$\mu\epsilon\iota\sigma\mu$ . 4.  
 F I N I S.







00 A 63 11


ULB Halle 3  
003 298 590



Sb







B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Green

Cyan

Blue

Farbkarte #13

R OPT, MAX.  
rtat.

INAUGURALEM

VMIIN  
RCVTIEN-  
NDI, ET PRO  
ORVM DEBI-  
ne, exfol-

issimi Ictorum ordinis,  
EMIAE IVLIAE.

DE  
berrimo ICto.  
O SPECKHAN,  
& antecessore

gradu consequendo,  
s tuebitur  
en/HILDES-  
SIS.

ris antè & pomeri-

TADI,  
BI LVCII,  
O CXIII.

8

